



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

24. Maij. 9. Cal. Junij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295



24. Maij. 9. Cal. Junij.

Floruit
anno
1299. **B. GUILIELME:** qui ex alto nobi-
lis profapia gradu ad infimum hu-
militatis centrum in Villario descen-
disti. Ex quo rursus per virtutum gra-
dus te ad cacumen perfectionis eleva-
sti: scalam nempe concinnabas, qua te
cœlo inferres. Et ne ab hac scandendi
vicissitudine etiam post mortem cessa-
res; ex humili sepulchro corpus, ob in-
numera ibidem patrata miracula, in
altio rem locum, pro populi venerati-
one, translatum est. *Fac, ut te nunc se-
quar in descensu ad infimam humilitatis
vallem; quo fiet, ut te assequar in ascensu
montis vitæ æternæ.*


Floruit
anno
1351. **B. GODUINE,** celebris in sæculo
Medicinæ scientiâ. Sed meliori homi-
nis portioni medicamenta vitæ im-
mortalis quæsiturus, te disciplinæ ma-
gni Doctoris Thaumaturgi BERNAR-
DI submisisti; tam docili quidem inge-
nio: ut vitæ austeritate, aliisque virtu-
tum speciebus, animæ non sospitatem
solùm, sed & sanctimoniam consecu-
tus fueris. Urgente dein charitate, ar-
tem pristinam resumens, pauperum
morbidorum in monasterij hospicio
eam curam egisti; quæ Galenum Reli-
giosum

giosum, potiones medicas aureâ charitatis Tincturâ conspergentem, decebat. *Ad mortem usque infirmæ animæ meæ, quæso, talia suggere, & adhibere remedia, quæ scis mihi ad æternam salutem profutura.*

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Quid tam ad mortem, quod non Christi si morte salvetur? Si ergo in mentem venerit tam potens, tamq³ efficax medicamentum; nulla jam possum morborum malignitate terreri.

Christi
mors
medici-
na vitæ.



25. Maij. 8. Cal. Junij.

B. GILBERTE de Hoylandia, Abbas Suinshetensis in Anglia: qui anno teneram ætatem liberalibus studijs c^â 1166. solertiâ excoluisti; ut non tam literis, quàm bonis moribus operam dedisse visus fueris. Quos ut non meliores solum, sed & optimos redderes, præstantissimo pædagogo BERNARDO formandos in Claravalle tradidisti. Is postquam te pro more suo sibi similem effecerat, in patriam remissum, coenobio Suinshetensi præposuit: non ignarus, illud eruditione & sanctimonia
tua